LOCO QUIESCIT - PETRI MAGNI NOMINIS CARO CINERESCIT - IN ZIANI TITULO MULTIS INNOTESCIT - FAMA VERI PRINCIPIS INOVATA CRESCIT - DUX FUIT ET FILIUS DUCIS VENETORUM - PLENUS SAPIENCIA, PORTUS MISERORUM - ADEO PERSPICUUS IN ORNATU MORUM - UT ROS IN CONVALIBUS ET ROSA FLOS FLORUM - PATRI NOMEN FUERAT DUX SEBASTIANUS - DIVES PROBUS PACIENS ET IN CUNCTIS PLANUS - NULUS SIBI SIMILIS AC DEBILIS VEL SANUS - NEC SI CESAR VIVERET ET VESPASIANUS - TRINA DEO MUNERA IACOBO ZIANO - IN FIDE CHATOLICO VERO CHRISTIANO - IN ALTUM EREXERAT HANC DOMUM DE PLANO - CUM VIGERET SECULO IN CORPORE SANO - TRANSEUNTES POPULI, QUESUMUS, ORATE - CUM SIMUS HIC PUTRIDE CARNES RESERATE - DOMINI POTENCIAM PRECIBUS ORNATE - UT NOBIS DET COPIAM GLORIAE PARATE (Sepolcro di Sebastiano Ziani un tempo esistente a S. Giorgio Maggiore).

IACOPO e LORENZO TIEPOLO

QUOS NATURA PARES STUDIIS VIRTUTIBUS ARTE - EDIDIT, ILLUSTRES GENITOR NATUSQ., SEPULTI - HAC SUB RUPE, DUCES VENETUM, CLARISSIMA PROLES - THEUPULA COLLATIS DEDIT HOS CELEBRANDA TRIUMPHIS - OMNIA PRESENTIS DONAVIT PREDIA TEMPLI - DUX IACOBUS. VALIDO FIXIT MODERAMINE LEGES - URBIS ET INGRATAM REDIMENS CERTAMINE IADRAM - DALMATIOSQ. DEDIT PATRIE POST MARTE SUBACTAS - GRAIORUM PELAGO MACULAVIT SANGUINE CLASSES - SUSCIPIT OBLATOS PRINCEPS LAURENTIUS ISTROS - ET DOMUIT RIGIDOS INGENTI STRAGE CADENTES - BONONIE POPULOS HINC SUBDITA CERVIA CESSIT - FUNDAVERE VIAS PACIS FORTIQ. RELICTA - RE SUPEROS SACRIS PETIERUNT MENTIBUS AMBO.

✠ DN̄S IACHOBUS HOBIIT MCCLI, DN̄S LAURENTIUS HOBIIT MCCLXXVIII (Urna sepolcrale sulla facciata della basilica dei Ss. Giovanni e Paolo).

MARINO MOROSINI

HIC REQUIESIT DN̄S. MARINUS MOROCEN̄. DUX (Urna sepolcrale nell'atrio della Basilica di S. Marco).

IACOPO CONTARINI

MCCLXXX INDICT. VIII MENSE APRILIS DIE VI INTRANTE. HIC REQUIESCIT D. IACOBUS CONTARENUS DUX INCLIT. VEN. ET D. IACOBINA EIUS UXOR DUCISSA (Monumento non più esistente nella sala del Capitolo dei Frari).

GIOVANNI DANDOLO

DANDALICI GENERIS MAGNŪ VIRTUTE IOHANNEM - HEC BREVIS ILLUSTRĒ CONTINET URNA DUCĒ - CLARUIT IN MAGNIS EIUS SAPIĒTIA REBUS - QUEM MŌSTRAVERŪT ARDUA FACTA. P̄BŪ - CŌSILIO POLENS, SĒSU MATURUS, ACUTUS - INGENIO, PRUDENS, ELLOQUIOQ. POTĒS - P̄CUNCTIS